



**Der Zweyfache Seegen Gottes In Aufrichtung und  
Einweyhung Des Neuen Gottes-Haus S. Felicitatis zu  
Münster-Schwartzach Von dem Hochwürdigsten/ des Heil.  
Röm. Reichs Fürsten und Herrn/ Herrn Friedrich ...**

**Brendan, Ignaz**

**Wirtzburg, 1743**

B. Positio primi lapidis ad novam Ecclesiæ structuram cum inclusione sequentis Schedulæ: In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64386](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64386)

- (79.) Ecclesia similitudinem habet castrorum. S. Thom. in prolog. ad expos. Epist. ad Coloss.
- (80.) Ecclesia militans est paradisus, in quo sunt vivi flores rosarum, & lilia convalium, humilitatis violæ, cypri cum nardo &c. S. Th. in 2. Apoc.
- (81.) Isa. 51. c. Attendite ad perram, unde excisi estis &c. Si filii Abrahamæ estis, opera Abrahamæ facite: Joan. cap. 8. v. 39.
- (82.) Isa. 61. c. Omnes, qui viderint eos, cognoscent illos.
- (83.) Franciscus Mezger in Calend. Benedict. ad diem 13. Novemb.

B.

Positio primi lapidis ad novam Ecclesie structuram cum inclusione sequentis Schedulæ :

IN NOMINE SANCTÆ & INDIVIDUÆ  
TRINITATIS.

**A**Nno reparatæ salutis MDCCXXVII. Monasterii vero primitus fundati & conditi MCCCCXII. summo in terris Christi Vicario & Divi Petri Successore

BENEDICTO XIII.

CAROLO VI. Austriaco Romanorum Imperatore semper Augusto & Hispaniarum Rege Catholico ad majorem Domini ac Salvatoris Nostri JESU CHRISTI gloriam Sanctissimæ Dei Genitricis & intemeratæ semper Virginis Mariæ,  
Sancti



Sancti Patriarchæ nostri BENEDICTI, Ss. Felicitatis & septem Filiorum ejus, nec non Sebastiani MM. Honorem

Reverendissimus & Celsissimus S. R. I. Princeps ac Dominus

D. CHRISTOPHORUS FRANCISCUS

Ex Perillustri & Antiquissimâ Equestri DD. ab Hutten in Stolzenberg Familia Episcopus Wirceburgensis, Franciæ Orientalis Dux, Dominus noster Clementissimus Anno Gloriosissimi regiminis sui tertio Die XVII. Mensis Junii infra octavam Corporis Christi hunc primum super novæ Ecclesiæ fundamenta in loco Antiquissimâ majorum nostrorum pietate pluriûmque Beatorum tumulis consecrato, lapidem sacratissimâ manu suâ posuit cum ingenti gratulatione & solatio

Reverendissimi Amplissimi & Perquam Gratiosi Domini Domini

JANUARI,

Hujus nominis Primi, ejusdemque Monasterii Abbatis sexagesimi, qui posteaquam ab Auspiciatissimo Abbatialis suæ Gubernationis exordio, per novem annorum decursum integram, eamque magnificam pro salubriore Religiosorum Deo famulantium habitatione, Conventus fabricam,



Veritus eapropter Nicolaus, an solvendo annuo censui esset; Episcopo Wirceburgensi Conrado à Bibra reliquam decimæ Dettelbacensis utramque partem, totam decimam frumenti cum aliis juribus vendidit undecim millibus & ducentis florenis. Damna hæc, utût gravia erant, mala longè acerbiora exceperunt in Schmalkaldico præcipuè bello, cujus authores Elector Saxonix & Hassiæ Princeps extiterunt. Ex horum copiis peditum equitumque triginta millia 1546. 26. Julii castris prope Monasterium fixis agros & horrea frugibus, arcas nummis, cellas vino, domos pretiosâ supellectile spoliârunt; furore isto Schwartzacensis Asceterii tectis præsertim incumbente, cujus januas, fenestras, fornaces itâ perfregerunt, ut, nullo commodæ habitationis loco relicto, Wirceburgum ad S. Stephani confugere cogeremur. Tumultibus istis compositis Schwartzacenses lares cum suis Abbas revisit, damnisque præclarâ suâ curâ refartis non multò post festo Simonis & Judæ ex hac mortali vita ad immortalem transiit anno 1551.

G

LEO-